

8851.

1375 oktober 6.

Strängnäs.

Biskop Tyrgils i Strängnäs, som önskar andligen återgälda herr Johan Ludolfsson, kanik i Uppsala och kyrkoherde i S:t Nicolai sockenkyrka i Stockholm, eftersom Johan till Strängnäs domkyrka och dess fabrica lagenligt testamenterat 13 örtugland jord i byn Ramshammar i Kjula socken, Strängnäs stift, förordnar med samtycke av sitt domkapitel, att sysslomannen i Strängnäs domkyrka skall vara förpliktad att varje år dagen före påven sankt Gregorius fest (11 mars) låta fira årsmässa för Johan innefattande vigilier med nio lektier i Strängnäs domkyrka. Sysslomannen skall vidare utdela 20 öre i gängse mynt av avkastningen från nämnda gods till de präster som vid tillfället firar själamässor och av resterande belopp skall utdelning ske till domkyrkans klockare och till de fattiga.


Brevet beseglas med biskopens och Strängnäs domkapitels sigill.

Orig. på perg. (24,7 x 13,4 cm, uppveck 2,1 cm; 14 rader), Sv. Riksarkivet (RPB nr 1179).

Om herr Johan Ludolfsson se M. Collmar, Strängnäs stifts herdaminne I (1977), s. 208 och 573–574; jfr dennes i brevet omnämnda donation 1369 30/6 (DS nr 7910).

Vniuersis<sup>a</sup> presentes litteras visuris uel audituris · Thýrgillus miseracione diuina · episcopus Strengenensis · in Domino salutem sempiternam. Noueritis quod, cum honorabilis vir dominus Iohannes · Ludolphi · canonicus ecclesie Vpsalensis · et curatus parochialis ecclesie · beati Nicholai Stocholmis · pia consideracione / et deuocionis studio · circa salutem anime sue sollicitus et intentus · de bonis a Deo sibi collatis / ecclesie nostre Strengenensi · ad fabricam suam · xiiij solidos terre · in villa Ramshamar parochie Kiula nostre dyocesis cum omnibus eiusdem terre adiacenciis quibuscumque nominibus censeantur · ad ipsum · secundum legum terre · sanctiones rite deuolutos · testamentaliter legauerit perpetuo possidendos · nos eiusdem dominj Iohannis sincere affeccionj gratam vicissitudinem rependere volentes · et spiritualem facere recompensam · cum consensu capituli nostri statuimus et ordinamus · vt yconomus ecclesie nostre predictae, qui nunc est · et is, qui pro tempore fuerit, obligatus sit et astrictus · ad faciendum celebrari in ecclesia nostra predicta · anniuersarium pro salute anime sue singulis annis in profesto beati Gregorij pape cum vigiliis ix leccionum / et de redditibus eorundem bonorum · xx oris denariorum monete currentis receptis / sacerdotibus missas pro defunctis ibidem protunc celebrantibus distributionem faciat · et distributione facta · quod superest campanario ecclesie · et pauperibus conferat bona fide / super quibus omnibus<sup>b</sup> pleniter obseruandis et faciendis conscienciam yconomj duximus onerandam. In cuius firmiorem euidentiam · sigillum nostrum · et sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa / Datum · apud ciuitatem Strengenensem anno Dominj M<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup> septuagesimo quinto · die translacionis beati Eskilli martyris gloriosi.

På baksidan: Anniuersarium domini Iohannis curati Stocholmensis de Ramshamar

 (motsvarar signum i förteckning av Rasmus Ludvigsson m.fl. över Strängnäs domkyrkas jordebrev, hs B 31, pag. 164, Sv. Riksarkivet; se L. Sjödin i MRA 1939, s. 127)

Sigill: nr 1 spetsovalt av grönt vax, något skadat i nedre delen (sittande biskop; vid hans högra sida aposteln Petrus, där nedanför en sköld med mitra lagd över balkvis ställd kräkla, vid vänstra sidan aposteln Paulus, där nedanför en likadan sköld, allt inom gotisk aedicula): \* Sigillum : Thirgil[li : Dei] gracia : episcope : Strenginensis \* ; nr 2 bortfallet från den i brevets uppveck kvarsittande remsan.

<sup>a</sup> Föregånget av brevinledande tecken ms. <sup>b</sup> Bokstaven m delvis utplånad ms.